Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



turum succides eam. Erat autem docens in synago
ga eorum sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritum infir
mitatis annis decem et octo: et hec erat inclinata nec
omnino poterat sursum respicere. Quam cum uideret
ihesus uocauit ad se et ait illi Mulier: dimissa es ab in
firmitate tua. Et imposuit illi manus: et confestim e
recta est et glorificabat deum. Respondens autem archysina
gogus indignans quia sabbato curasset ihesus dicebat tur
be Sex dies sunt in quibus oportet operari. In hiis ergo
uenite et curamini: et non in die sabbati. Respondit autem
ad illum dominus dixit: ypocrite: unusquisque uestrum
sabbato non soluit bouem suum aut asinum a presepio
et ducit ad aquare. Hanc autem filiam abrahe
quam alligauit sathanas. ecce decem et octo annis:
non oportuit solui a uinculo isto die sabbati. Et cum
hec diceret: erubescebant omnes aduersarii eius.
Et omnis plebs gaudebat in uniuersis que glo
se fiebant ab eo. Dom. xviij. ad corinth.

Fratres Gratias ago deo meo semper pro uobis
in gratia dei que data est uobis in xpo ihesu.
quia in omnibus diuites facti estis in illo et in omni
uerbo et in omni scientia sicut testimonium xpi confirma
tum est in uobis. ita ut nichil uobis desit in ulla
gratia expectantibus reuelationem domini nostri ihesu xpi.